


BREVIARE
DE L'ORDRE
DE CISTEAUX,
AVEC LES RUBRIQUES EN FRANÇOIS;
IMPRIMÉ DE L'AUTORITÉ
DE MONSEIGNEUR LE RÉVÉRENDISSIME
ABBÉ ET GÉNÉRAL
PARTIE D'HIVER.



A PARIS,

De l'imprimerie de MICHEL LAMBERT, seul Imprimeur-
Libraire de l'Ordre de Cîteaux, rue de la Harpe.

M. DCC. LXXI

fabro traditur in disciplinam. Vigiliis, & jejuniis, ellicioque corpus castigans, lectio- ni & orationi frequenter in- cumbens, & super omnia ca- ritatem habens erga Deum, beneficentiam erga pauperes, benignitatem & humilitatem erga omnes, miros in sancti- tate progressus fecit.

℞. Juravit Dominus. xlij.

Leçon ij.

Miraculorum magnitudi- ne, & vite sanctimoniam clarus, defuncto Achario, in Præsulem Noviodunensis Ecclesie, adhuc laicus, postu- latus & assumptus est. Quo in munere, vigilantissime commissum sibi gregem pa- vit, Ethnicos in Flandrorum partibus convertit ad fidem Christi amplectendam: Hæreticorum perfidiam, unâ cum sancto Audoeno Rothoma- gensi Episcopo, fortiter op- pugnâvit. Demùm annum agens supra septuagesimum, Novioduni animam Deo red- didit, ibique sepultus est.

℞. Pô sui adiutorium super potentem, & exaltavi ele- ctum de plebe mea: * Ma- nus enim mea auxiliabitur ei. ♯. Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum, * Manus. Gloria. * Ma- nus.

Après le ij. ℞. on dit le second Noët. de la Ferie.

Puis le petit Ch. Non est inventus. ♯. Elégit cum. xlvij. K. Marie, cleson. Pater noster.

Oraison. Exaudi. xlvj.

A Laudes & aux Heures, comme au Commun. xlvj.

On fait mémoire de la Ferie à Laudes. Après None on cesse l'Office de S. Eloi; ce qui s'observe en toutes les Fêtes de trois Leçons.

LE III. DECEMBRE.

En la Fête de S. GALGAN, Conf. ij. Leçons, & M.

Le petit Chap. & le reste du Commun d'un Confesseur non Pontife. liv.

Oraif. Adesto, Domine. lv.

On fait mémoire de la Fé- ric à Vêpres & à Laudes.

De libro Ecclesiastici.

Leçon j. Chap. 32. & 33.

Qui credit Deo, atten- dit mandatis: & qui confidit in illo, non minorabitur. Timentî Domi- num non occurrent mala, sed in tentatione Deus illum conservabit, & liberabit à malis. Sapiens non odit man- data & justitias, & non illi- detur quasi in procella navis. Homo sensatus credit legi Dei, & lex illi fidelis.

℞. Euge, serve bone. lv.

Leçon ij.

Galganus ex sterilibus pa- rentibus in castro agri Senensis, Eugenio tertio Pon- tifice maximo, & Imperatô- re Fredérico primo, natus, à Michaële Archangelo in som- nis bis monitus est, ut Chri- sti militiam profiteretur. Et ubi in montem Sepium venis- set, ab eodem iterum accépit

mónita salutis. Sed dissuadente matre viduâ & propinquis, matrimónium in se deliberavit : equitansque per supradictum montem ad videndam sponsam, súbsistit equus ; & licet calcáribus premeretur, ultérius tamen nequáquam progressus est.

Re. Justus germinábit. lvj.

Leçon iij.

HOc mutátus miraculo Galgánus, sponsam ad virginitatem servandam induxit, & ipse vitam religiosam sub Cústercii légibus profitendo, váriis tentationibus probátus, ad tantam perfectionem ascendit, ut absentia æquè ac presentia vidéret, futura præciperet, demones ab energúmenis ejiceret, agrótis sanitatem restitueret, panem venenátum comederet, nullo indè incómodo contracto. Déniquè cum sanctissimè vitam in erémo consummasset, iis verbis ad felicitatem perennem appellátus, Satis est quod laborasti, metes nunc quod seminasti : migravit ad Dóminum, & sanctorum número adscriptus est.

Re. Iste cognóvit. lvj.

Après le ij. Noct. de la Férie, on dit le petit Ch. Justum deduxit. v. Lex Dei ejus. lx.

Oraison. A desto. lx.

Le reste au Commun. lix.

LE IV. DECEMBRE.

Mémoire de Sainte BARBE, Vierge & Martyre.

Ant. Veni sponsa Christi.

v. Diffusa est gratia. Oraison. Deus, qui inter cætera. lxxij.

LE VI. DECEMBRE.

En la Fête de S. NICOLAS, Ev. & Confess. MM. min.

On dit tout du Commun d'un Confesseur Pontife. xl. excepté ce qu'il y a ici de propre. Oraison.

DEUS, qui beátum Nicoláum Pontificem innumeris decorasti miraculis : v. tribue, quæsumus, * ut ejus méritis & précibus, † à gehennæ incendiis liberémur. Per Dóminum.

Ensuite on fait mémoire de la Férie.

Au j. Nocturne, les Leçons de l'Épître à Timothée. Fidélis sermo. xij.

AU II. NOCTURNE.

Leçon v.

Nicoláum, illustri loco Pátaræ in Lycia natum, parentes à Deo précibus impetrárun. Cujus viri sanctitas, quanta futura esset, jam ab incunábulis apparuit. Nam infans, cum reliquos dies lac nutricis frequens sugeret, quartâ & sextâ feriâ semel duntaxat, idque vésperi sugébat ; quam jejunii consuetudinem in reliqua vita semper tenuit. Adolescens paréntibus orbátus, facultates suas paupéribus distribuit.

Re. Pósvi adjutórium. xliij.

Leçon vj.

CUM verò se totum Deo dedisset, in Palæstinam

profectus est ; ut loca sancta
viseret , & præsens veneratetur . Undè cum domum re-
versus singularis sanctitatis
omnibus documenta præberet , Dei admónitu Myram ,
quæ Lyciæ Metrópolis erat ,
venit : ibique factâ divinitus
révelatione , summo omnium
consensu ejusdem urbis Epís-
copus creatur .

ꝛ. Inveni David. xliij.

Leçon vij.

IN Episcopatu castitatem ,
quam semper coluerat , gra-
vitatem , orationis assiduita-
tem , vigiliis , abstinentiam ,
liberalitatem , & hospitalita-
tem ; in adhortando mansue-
tudinem , in reprehendendo
severitatem perpetuo adhi-
buit . Viduis & orphanis po-
cuniâ , consilio , operâ non
defuit . Cum verò contra edi-
ctum Diocletiani & Maxi-
miani , Christiânæ fidei veri-
tatem Myræ prædicaret , in

cárcerem conjectus est : ubi
fuit usque ad Constantinum
Imperatorem , cujus jussu
ex custódia ereptus Myram
rediit .

ꝛ. Amavit eum. xliij.

Leçon viij.

MOx ad Nicænum Con-
cilium se contulit , ubi
cum trecentis illis decem &
octo Pátribus Ariánam hæ-
resim condemnávit . Inde re-
versus ad Episcopatum , non
ita multò post , instante mor-
te , suspiciens in cælum , cum
Angelos sibi occurrentes in-
tueretur , illo psalmo pronun-
tiato : In te , Dómine , sperá-
vi : usque ad eum locum : In
manus tuas commendo spiri-
tum meum ; in caelestem pá-
triam migrávit .

ꝛ. Fidélis namque. xliv.

An liij. Nocturne , l'Homélie
Lectio. sur l'Evangile Homo
péregre proficiscens. comme
au Commun. xliv.

